



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 102. Finis anni sacri Romæ celebrati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

Sæcul. XV.
A. C. 1501.

§. CII.

Finis Anni sacri Romæ celebrati.

Anno Christi millesimo quingentesimo
primo Alexander Papa in festo Epiph-
niæ die sexta Januarii Romæ anni sacri so-
lemnitatibus finem fecit, postquam eas-
dem indulgentias jam anno præceden-
ti per omnes Provincias elargitus esset,
missis quaquaversum Cardinalibus, &
Prælatis, qui eas promulgarent, at
Principes Christianos simul ad concor-
diam inter se, atque ad bellum Turci-
cum adhortarentur, cui ipsemet Ponti-
fex se præsto futurum spopondit.

§. CIII.

*Cardinalis Raymundi Peraudi seu
Peraudi Legatio in Germania.*

S. Mart. Hos inter Legatos longe celeberrimus
Gall. Christ. erat Raymundus, cognomine Per-
Krantz. 14. auldus Cardinalis, obscuro genere in pa-
Vandal. 30. go Surgerio apud Santones in Gallis na-
8. Dann. 14. 12. Metro- tus. Is Parisiis in Collegio Navarrico
pol. 30. Doctoratus laurea insignitus, Romam
contendit, ubi sub Innocentio VIII. Pa-
pa functus est legatione in Germania ad
colligendas pro bello Turcico eleemosy-
nas, quo munere licet sibi non adeo ce-
lebrem nominis famam conciliasset, eo-
quod